

III²³ anni arripuissent²⁴, ut pro portione, quam diu apparuissent (*sic*), mercedem pro eo kaperent²⁵, itque iis s. f. s. c. l.²⁶

LXIII. P̄viri quicumque post colon. deductam erunt, ii in diebus X proxumis, quibus eum mag. gerere coeperint, at decuriones referunto; cum non minus duae partes aderint, quos et quot dies festos esse et quae sacra fieri publice placeat et quos ea sacra facere placeat. Quot ex eis rebus decurionum maior pars, qui tum aderunt, decreverint stauerint, it ius ratumque esto, eaque sacra eique dies festi in ea colon. sunt.

LXV. Quae pecunia poenae nomine ob vectigalia, quae colon. G. Iul.²⁷ erunt, in publicum redacta erit, eam pecuniam nequis erogare neve cui dare neve attribuere potestatem habeto nisi at ea sacra, quae in colon. aliove quo loco colonorum nomine fiat²⁸, neve quis aliter eam pecuniam s. f. s.² kapito, nive²⁹ quis de ea pecunia ad decuriones referundi neve quis de ea pecunia sententiam dicendi ius potestat. que habeto. Eamque pecuniam ad ea sacra, quae in ea colon. aliove quo loco colonor.³⁰ nomine fient, P̄viri (*sic*) s. f. s.² dato (*sic*) attribuito itque ei facere ius potestasq. esto. Eique cui ea [p]ecunia dabitur s. f. s. kapere liceto.

LXVI. Quos pontifices quosque augures G. Caesar, quive iussu eius colon. deduxerit, fecerit ex colon. Gernet., ei pontifices eique augures c. G. I.²⁷ sunt, eiq. pontifices auguresque in pontificum augurum collegio in ea colon. sunt, ita uti qui optima (*sic*) lege optumo iure in quaque colon. pontif. augures sunt erunt. Iisque pontificibus auguribusque, qui in quoque eorum collegio erunt, liberisque eorum militiae munerisque publici vacatio sacro sanctius³¹ esto, uti pontifici Romano est erit, eaque³² militaria ea omnia merita sunt. De auspiciis quaeque ad eas res pertinebunt augurum iuris dictio iudicatio esto. Eisque pontificibus auguribusque ludis, quot publice magistratus facient, et cum ei pontific. augures sacra publica c. G. I.²⁷ facient, togas praetextas habendi ius potestasq. esto, eisque pontificibus auguribusque ludos gladiatorum inter decuriones spectare ius potestasque esto.

LXVII. Quicumque pontif. quique augures c. G. I.²⁷ post h. l.³³ datam in collegium pontific. augurumq. in demortui damnative loco h. l. lectus cooptatusve erit, is pontif. augurq. in c. Iul.³⁴ in collegium (*sic*) pontifex³⁵ augurq. esto, ita uti qui optuma lege in quaque colon. pontif. auguresq. sunt erunt. Neve quis quem in collegium pontificum kapito

23) *Quartam.* — 24) *Scr. apparuissent.* — 25) *De re cf. Momms. Eph. ep. 5 p. 108.* — 26) *Sine fraude sua capere liceto.* — 27) *Coloniae Genetivae Iuliae.* — 28) *Scr. fiant. De re cf. Momms. Eph. ep. 5 p. 106.* — 29) *Scr. neve.* — 30) *coloni aes.* — 31) *Scr. sacrosancta.* — 32) *Scr. aeraque.* — 33) *Hanc legem.* — 34) *Colonia Iulia.* — 35) *Scr. pontificum.*